

Cambridge University Press

978-1-108-05231-3 - Chronicon Abbatiae Ramesiensis a saec. X. usque ad an. circiter 1200

Edited by William Dunn Macray

Excerpt

[More information](#)

---

[ HISTORIA RAMESIENSIS,  
SIVE ]  
LIBER BENEFACTORUM  
ECCLESIAE RAMESIENSIS.

---

R 5221. Wt. 19804.

A

Cambridge University Press

978-1-108-05231-3 - Chronicon Abbatiae Ramesiensis a saec. X. usque ad an. circiter 1200

Edited by William Dunn Macray

Excerpt

[More information](#)

---

Cambridge University Press

978-1-108-05231-3 - Chronicon Abbatiae Ramesiensis a saec. X. usque ad an. circiter 1200

Edited by William Dunn Macray

Excerpt

[More information](#)

INCIPIT LIBER BENEFACTORUM  
ECCLESIAE RAMESIENSIS.<sup>1</sup>

---

*Præfatio sequentis operis.*

UNIVERSIS universalis sanctæ matris ecclesiæ filiis in quorum manus libellus iste devenerit, Ramesensis ovinis cœnobii<sup>2</sup> pusillus grex felici cursu æternitatis bravium adipisci. Variam conditionis humanæ vicissitudinem querule retractans sapientissimus Salomo,<sup>3</sup> “Generatio,” inquit, “præterit et generatio advenit, Eccles. i. 4. “terra vero in æternum stat,” ut, videlicet, illa tandem corruptum recipiat quod corruptis civibus<sup>4</sup> corruptibile dinoscitur edidisse. Siquidem, præter solos non marcescentes virtutum fructus, mors omnia finit, lætitiae tristitiam, copiæ inopiam, voluptati angustiam, saluti ægritudinem, vitæ mortem succedere ipsis quotidianis humanæ mutabilitatis motibus experimur. Quoniam itaque aliis decedentibus ad requiem alli vicissim succedunt nascentes ad laborem, necesse est a præsentibus præsentia cum iis quæ præterita<sup>5</sup> [sunt] litteris ad notitiam posterorum commendari. Sic equidem omnis origo rei et ipsorum quoque primordia temporum scripturæ indicio tam prædecessorum nostrorum quam nostræ in quos fines sæculorum devenerunt notitiae claruere, quamquam legamus plerosque perfectorum<sup>6</sup> vel ex visione nocturna vel ex divina<sup>7</sup> allocutione manifesta tam præterita quam futura didicisse. Sed

<sup>1</sup> tit. om. B.

<sup>2</sup> om. C.

<sup>3</sup> Salomon, B. C.

<sup>4</sup> sinibus, B. C.

<sup>5</sup> præterire, A. B.

<sup>6</sup> perfectorum, B. C.

<sup>7</sup> divinæ, B. C.

Cambridge University Press

978-1-108-05231-3 - Chronicon Abbatiae Ramesiensis a saec. X. usque ad an. circiter 1200

Edited by William Dunn Macray

Excerpt

[More information](#)

4

non omnibus expedit æmulari quod paucis Dominus speciali munere legitur contulisse. In diebus igitur nubis et caliginis, Stephano rege Anglici principatus monarchiam tenente, et piæ recordationis abbate Waltero ecclesiam nostram secundum dierum illorum malitiam et turbati aeris inclem tam strenue gubernante, eandem ecclesiam tam de invasione hostili quam de quorundam dissensione familiari multimoda, sicut ex sequentibus lectori constabit, adversitas profligavit. Cujus dispersionis, quæ rerum fere omnium dissipationem secuta est, nos, utcunque collectæ reliquiae, et<sup>1</sup> nubilosa tandem caligine per clementiam divinam in serenitatem conversa, cartarum nostrarum privilegiorum quoque et cyrographorum cedulas,<sup>2</sup> de antiquitatis strue recollectas, omnes in volumen unum, (quæ Anglice scriptæ fuerant in Latinum ydioma conversas,<sup>3</sup>) ad cautelam futurorum et legentium notitiam censuimus congerendas. In quo simul opere situm loci nostri et fundatorum ipsius devotionem, et firmam illam ac spectabilem ad quam post tertiam re-edificationem ecclesia quæ nunc cernitur surrexit structuram, qua et regum liberalitas enitescit, archiepiscoporum et episcoporum (quorum quidam ibi a puero educati postmodum ad summi honoris fastigium attigerunt) beneficentia collaudatur, et cæterorum benefactorum nostrorum opera et sollicitudo cum cementariorum laudabili artificio spectantibus appareat,<sup>4</sup> studuimus commendare. Quum autem nobis non multa facundiæ et minora scientiæ suppetant argumenta, ea quæ vel in vetustissimis codicibus et cedulis<sup>5</sup> reperimus vel a senioribus nostris relata didicimus non cot[h]urnatae eloquentiæ nodosis sententiis intricamus, nec, ut videntes non videant et audientes non intelligent, ver-

<sup>1</sup> om. B. C.<sup>2</sup> scedula, B. C.<sup>3</sup> conversus, B. B.<sup>4</sup> *qua et regum . . . . appareat]*

om. B. C.

<sup>5</sup> scedis, B. C.

Cambridge University Press

978-1-108-05231-3 - Chronicon Abbatiae Ramesiensis a saec. X. usque ad an. circiter 1200

Edited by William Dunn Macray

Excerpt

[More information](#)

5

borum phaleris referenda palliamus. Universitatem ergo vestram quicunque præsentia legitis aut auditis oramus intensius<sup>1</sup> et rogamus<sup>2</sup> ut agnita præsentis opusculi inspectione ecclesiæ nostræ jura, etsi conservare minime valetis, continua tamen prece a Domino ea integra conservari, eorum quoque collatoribus æternæ retributionis præmia conferri, et nos nihilominus a suspectis semel ex parte animadversionis periculis superna defensione protegi, semper obtineatis, et communiri.

*Explicit Praefatio.*

---

<sup>1</sup> attentius, B. C.

<sup>2</sup> *Universitatem*      *rogamus]* inserted in marg., B.

Cambridge University Press

978-1-108-05231-3 - Chronicon Abbatiae Ramesiensis a saec. X. usque ad an. circiter 1200

Edited by William Dunn Macray

Excerpt

[More information](#)

---

Cambridge University Press

978-1-108-05231-3 - Chronicon Abbatiae Ramesiensis a saec. X. usque ad an. circiter 1200

Edited by William Dunn Macray

Excerpt

[More information](#)

[ HISTORIA RAMESIENSIS, SIVE  
LIBER BENEFATORUM ECCLESIE  
RAMESIENSIS. ]

---

(2.)<sup>1</sup>

[CAP. I.]

*De situ Insulæ quæ Ramesia dicitur.*

Cum<sup>2</sup> igitur in orientali angulo territorii Huntendenensis, quem Use fluvii alveus terminis coangustat marisorum, memorata insula sita est, palustum insularum juxta quantitatem sui pulcherrima est. Quæ quia apud plerosque sui commendatione jam nititur, stili nostri officio non indiget commendari. Attamen ne adjacentem materiam omnino intactam prætergrediamur, locum illum a parte occidentali (nam alias palustria loca humanis gressibus haud pervia longius prætenduntur) a tellure solidiori duobus fere balistæ jactibus interjacentes luteæ salebræ<sup>3</sup> dirimunt. Qui locus olim segni tantummodo amne naves serena advectas aura placido jocundi marginis excipiens gremio, nunc, gravi labore et sumptu, lignorum arenæ pariter et lapidum congerie lutosa obstructa abyssso, via publica vel<sup>4</sup> calle solido in eadem parte pedibus aditur. Hæc autem insula, duobus ferme millibus in longum extensa, egena latitudine paulo strictior habe-

<sup>1</sup> For facility of reference the numbers given to the chapters in Gale's edition are retained. They are those in Roman numerals in the margin. The numbers in Arabic figures are those attached by Spel-

man to the divisions in his MS., as referred to in his *Gloss. Archæol.*

<sup>2</sup> om. B.

<sup>3</sup> salubræ, A. B.

<sup>4</sup> *via . . . vel]* om. B.

Cambridge University Press

978-1-108-05231-3 - Chronicon Abbatiae Ramesiensis a saec. X. usque ad an. circiter 1200

Edited by William Dunn Macray

Excerpt

[More information](#)

tur. Quæ tam alneto quidem quam arundineto cum virore calami et junci<sup>1</sup> pulchre in girum coronata, multo antequam inhabitaretur, arborum genere potissimum autem abundantι tota vestiebatur orno. Quæ cujus proceritatis fuerit et quantitatis ex trabium et tignorum quorundam ad tectum ecclesiæ exinde assumptorum inspectione poterit quilibet edoceri. Nunc vero longiore temporis tractu nemoribus ex parte demolitis, terra ubere gleba<sup>2</sup> arabilis cernitur, et opima fructibus et frugibus jocunda, ortis consita, pascuis opulenta, nonnullis adhuc arboribus nemorosa, et pratorum gratia verno tempore spectantibus<sup>3</sup> arridente velut depicta floribus, tota insula vario coloratur colore. Ambitus præterea isdem locus paludibus anguillosis, maris late patentibus, et stagnis multimodi generis piscium et avium natatilium nutritivis. E quibus maris una est Ramesmere, de nomine insulæ dicta, quæ, cæteras adjacentes aquas pulchritudine et fertilitate superexcellens, ab ea parte qua major insulæ silva densior habetur, arenosam ipsius oram,<sup>4</sup> in loco qui dicitur Mereham, pulchre allambens, delectabile videntibus spectaculum præbet. In cujus vastis gurgitibus laxatis tam sagenis quam alterius generis retibus, immissis quoque inescatis hamis cum cæteris artis piscatoriæ instrumentis, admirandæ magnitudinis lucei, qui ab incolis *Hakedes*<sup>5</sup> nuncupantur, persæpe extrahuntur; et tam diebus quam noctibus indesinenter ibi laborat aquatilium industria venatorum. Semper ibi multiplex aquatici generis capitur foetus, semper quod capiatur abundat. Hæc de situ insulæ et adjacentibus aquis ad notitiam ignorantium exarata sufficient. Nunc de nominis ratione aliqua breviter subjungamus.

<sup>1</sup> juncei, A. B.<sup>2</sup> glebæ, A. B.<sup>3</sup> et, add. A.<sup>4</sup> horam, A.<sup>5</sup> Hakedus, B. C.

(3.)

[II.]

*De etymologia nominis et triplici ratione.*

Igitur Ramesia congrue satis potest a duobus Derivation  
 nominibus Anglicis, *ram*, quod est aries, et *eie*, quod of name:  
 insulam sonat, ut inde composito i. from a nomine Ramesia ram found  
 quasi "insula arietis" nominetur. Siquidem antiqua there.  
 hujus loci patres junioribus suis, quorum relatione et  
 nos sibi relata didicimus, referre solebant in eadem  
 insula olim, priusquam<sup>1</sup> ab ullo inhabitaretur homine  
 vel domestico animali, arietem inter silvestres feras  
 carpentem gramina repertum, qui, ut putatur, limosis<sup>2</sup>  
 locis et humentibus<sup>3</sup> aliqua<sup>4</sup> parte insulæ vel gelu  
 hiemali obduratis, vel æstivi solis longo forte calore  
 arentibus, relicto alicubi grege suo, illuc errabundus  
 deveniens, eisdem iterum locis in humorem et molli-  
 tiem solitam resolutis, tortis ac recurvis de naturæ  
 artificio cornibus armatus heremita remanere compul-  
 sus, sempiternum loco nomen temporalis inhabitator  
 reliquit. Ut autem hoc dictum similium casuum quo-  
 dam confirmemus exemplo, Augustudunum in finibus  
 Burgundiæ nominatissimam urbem a duobus hœdis,  
 qui in initio fundandæ civitatis omnium pecudum  
 domesticarum soli ibi inventi sunt, alio nomine *Eduam*  
 usque hodie constat esse nominatam. Possimus et ii. or from  
 aliter nomen ipsum de auctoritate veterum a *ramis* the place  
 interpretari, quasi "insulam ramorum," ob copiam, being  
 videlicet, arborum quæ, ut supra taxatum est, anti-  
 quitus ibi habebatur, sicut restantes adhuc reliquæ  
 testantur. Ex divina autem, ut credimus, Providentia  
 tale loco inditum est nomen, quæ ab exordio nascen-  
 tis mundi a sanctis viris et religiosis hanc providit<sup>5</sup>

<sup>1</sup> postquam, A.<sup>4</sup> ex aliqua, B.<sup>2</sup> simul, add. B.<sup>5</sup> prævidit, B.<sup>3</sup> humanibus, A.

Cambridge University Press

978-1-108-05231-3 - Chronicon Abbatiae Ramesiensis a saec. X. usque ad an. circiter 1200

Edited by William Dunn Macray

Excerpt

[More information](#)

et præscivit inhabitandum, qui proculdubio de oleastro  
 sterili mundanæ conversationis securi divinæ voca-  
 Rom.xi.17. tionis abscissi, veræ olivæ Christo, tanquam boni rami  
 socii intimæ pinguedinis effecti, solius gratiæ insitione<sup>1</sup>  
 adhærentes, diversos virtutum et bonorum actuum  
 iii. or from fructus velut virentia folia protulerunt. Jam vero ut  
 Rameses, interpretationem ipsius nominis aptius ad mysticum  
 the 'thun- der' of holy intellectum reducamus, congrue dici potest a *Ramesse*,  
 voices. urbo quondam<sup>2</sup> opulentissima, in extremis, ut vult Ysi-  
 Isid. in lib. dorus, Niliacæ regionis sita finibus, quam filiis Israel  
 Num. cap. i. divino monitu ab eisdem locis post diuturnam duræ<sup>3</sup>  
 servitutis calamitatem demigrantibus primam legimus  
 præbuisse mansionem. Ramesses quoque "Commotio"  
 vel "Tonitruum" interpretatur. Recte igitur huic  
 loco hoc congruit nomen, quia demorantes in eo viri  
 sancti psalmodiæ vel lectionis divinæ sonitu quasi  
 Ezek. iii. 12. terrore tonitrui a malis compescuntur, et cum Ezechiele  
 propheta vocem commotionis magnæ post se frequenter  
 audiunt, dum per exhortationis verbum ad poeniten-  
 tiæ concussi in lacrimas et gemitum plerumque erum-  
 punt. De hujusmodi commotione per prophetam alium  
 dicitur, "Pedes ejus steterunt et mota est terra;" quia,  
 Hab. iii. 6, Septuag. ut ait Gregorius, cum veritatis vestigia in mente au-  
 dientium figuntur, ipsa mens in sui consideratione  
 turbata commovetur.<sup>4</sup> Congrue ergo Ramesia "com-  
 " motio" vel "tonitruum" dicitur, quandoquidem pec-  
 catores quilibet in ea ad servitium Dei de subdole  
 blandienti et male pacato mundi amore conversi, ex  
 contritione commoti et conteriti, sua acta condem-  
 nantes, in mero poenitentiæ salubriter perturbantur.  
 Hæc triplici jam ratione de ipsius etymologia nominis  
 breviter perstrinximus, siquid rectius super hoc aut  
 utilius dici potest tuo, O lector, arbitrio relinquentes,

<sup>1</sup> incisione, B.<sup>2</sup> quodam, A.<sup>3</sup> diræ, B.<sup>4</sup> "quia cum veritas in corde

"figitur, mentis immobilitas agita-

"tur." Moral. in Job, lib. xi. cap.

10.